



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Disperdat d[omi]n[u]s uniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

id est, doctrina & operum fidei, seu spiritus vastationem. De his & Osee  
uisum est cor eorum, nunc interibunt. Cum promississet, se d' m multitudine  
fructus multiplicauit altaria uitae Israel, id est in sectas diuisa est. Hoc est quod  
Prophetam exclamare coegit sanctum deficere. Quod multe essent sectae  
tamen omnes contra ueritatem fidei deuorantes uniuersum populum dei. Quae  
omnibus resistet, quando uni uix resisti potest: Sic Ecclesia & hodie habet se  
ceteris quotidie nouis repertis, ueteribusq; auctis, in minutissimas partes con  
fissa, interim charitatis unitate profus neglecta.

Hodiernae Ec  
clesiae status.

Disperdat dñs uniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.

Scilicet, nisi deus disperdat, locustas, erucas, bruchos istos, ut Ioan. j. uocat  
frustra pugnat sanctorum industria. Et aptius dixisset interpret (quando quid  
dem per uerbum hebraeum, licuit) Excidat dominus. Solent enim lingua & la  
bia excidi. Alioquin (ut Iacobus ait) nullus hominum linguam domare potest.  
Sed spiritualem excisionem imprecatur, quae est, ut mutatis impijs, aut ab ossi  
cio mortis, aliud doceant, ueram scilicet, crucis sapientiam.

Cur non fuit satis dicere: Labia dolosa (id est, leuia & blanda) sed addit uniu  
uersa? Nisi q; ad multitudinem factionum respexit, non unius tm, sed uniuersa  
rum labia & blanditias petens disperdi, cum uniuerse uana loquatur. Recte  
interpret conuentionem, & adiecit, quae in hebraeo non est. Et linguam magni  
loquam, quod hebraice duobus uocabulis dicitur: Locutricem magnorum,  
quod non tantum de rebus magnis (ut iactare solent impij) intelligitur, sed, &  
de superbia, qua piam doctrinam contempnim opprimunt, & suam cum gloria  
statuunt. Vel ut caudam uulpis interpretaris, quae magna est & pilosa, minime  
tamen corpulenta & carnosa, plusq; toti corpori, praeterim capiti cogruat. Ita  
impictas maior in specie & pompa, q; re ipsa. *Es ist ein fuchs (schwanz).*  
Quae bestia, dolis & astutia insignis, no frustra in scripturis assumitur, in argu  
mentum prudentiae carnis astutissimae & dolosissimae, quae in rebus sacris & mi  
nisterio uerbi omnia monstrat perpetrata in scripturis praedicta.

Cauda uulpis.

Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra a  
nobis sunt, Quis noster dominus est?

Explicat, quae sit, & quid dicat lingua magniloqua, scilicet, quae superbissi  
me & contemptissime in piorum doctrinam loquitur. Primo, magnificemus,  
id est roboremus, stabiliamus, confortemus nostra dogmata, e contra; Dirum  
pamus uincula eorum, & projiciamus a nobis iugum illorum, destruamus, quae  
prij aedificat, linguam eorum infirmemus & compescamus, nobis attrahamus  
populos, populiq; principes. Non q; contra pios sese agere putent, sed obsequi  
um deo prestare sibi uidentur, si linguam suam magniloquam & dolosam ro  
borent, inq; multos propagent, tanq; sincera & humilem. Ita, ut solum deum  
hic iudicem habere oporteat.

Deinde: Labia nostra a nobis sunt, quod Hieronymus, Nobiscum sunt. Aug.  
Apud nos sunt. Ego uelle dicere: Labia nostra, nostra sunt, ut Emphasis sit in  
posteriore pronomine, Nostra, quo intelligatur iactantia potestatis, & clauis  
sciētia. Ac si dicant: Nemo audiat alios praeter nos, nos sumus magistri popu  
lorum, nostra audire oportet, & (ut in Ecclesia turgent inflati pontifices, ponti  
ficumq; Bullae) nostrum est interpretari scripturas, nostrum condere leges, no  
strum

In magistris  
nostros.